

3 + venit ad text. in l. 2. Cod. de offic. civil. Judic. Surd. conf. 39, num. 7. Rota, decis. 56, numer. 17. part. 4, tom. 2, recent. & coram Duran. decis. 345, num. 1.

4 Nec subsistit quod bona prædicta subjaceant fideicommissio Annibalis, cum prohibitione expressa de non alienando tanquam sibi donata occasione certi matrimonii à Joanne Baptista patre: nam cum talis donatio facta fuerit non solum Annibali, sed etiam filiis tot censentur donationes + quot sunt personæ in donatione comprehensæ, & una donatio dicitur facta in persona patris, altera in persona filii. Angel. in l. apud Julianum, §. si quis alicui, ff. de legat. 1. Gama, decis. 174, n. 2. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4, gloss. 9, part. 1, numero 10, & 18, & ultra relatos per Gratian. cap. 924, num. 31, & sequentib. firmavit Rota coram Merlin. decis. 404, num. 7.

5 Undè Antonius junior recognoscit donationem à Joanne Baptista donante, + non autem ab Annibale donatario, juxta notata per Bald. in cap. 1, numer. 3, & in fin. si Vassall. feud. priv. Castr. in l. si pecuniam, num. 11, ff. de cond. caus. dat. Menoch. qui alios cumulat conf. 1153, n. 3, Rot. coram Merlin. dicta decis. 404, num. 7, & consequitur bona prædicta ex persona, & uti filius Annibalis, + non autem tanquam hæres, Rota, decis. 127, n. 4, & 5, part. 6, recent. Romana fideicommissi, de incoronatis 5, Martii 1640. coram Pirovano in Avenionens. fidelicom. 4, Februarii, & 26. Junii 1647, coram R. P. D. meo Verospio, & in Romana, seu Nepesina restitutionis in integrum 4, Junii 1655, coram R. P. D. meo Cerro.

7 Quæ fortius dicenda veniunt in præsentis casu, tum quia donatio facta fuit occasione certi, & determinati matrimonii contrahendi cum Alexandra de Alexandris, quo casu insurgit non levis conjectura quod donatio censetur facta filiis uti filiis, + non autem uti hæredibus, prout illam ponderat Rota, decis. 127, num. 9, & seqq. part. 6, recent. & decis. 114, n. 21, part. 7, in Romana divisionis 16, Junii 1641, & in Romana, seu Nepesina restitutionis in integrum 4, Junii 1655, coram R. P. D. meo Cerro, & in Romana restitutionis dotis 30, Maii 1653, coram R. P. D. meo Bevilacqua.

8 Tum etiam quia filii in eadem donatione fuerunt pluries in conditione positi, + quo casu ex statuto Urbis lib. 1, cap. 142, censentur dispositivè vocati, perinde ac si nominatim vocati fuissent, ut firmavit Rota coram sanct. memor. Gregor. decis. 575, n. 1, & 10. in recent. decis. 417, n. 4, part. 4, & decis. 185, n. 1, & sequentib. & decis. 248, n. 1, & 2, part. 7, & coram Merlin. decis. 247, n. 11.

9 Quod procedit si sint positi in conditione in dispositione facta per viam ultimæ voluntatis, + si vè inter vivos, ut dixit Rota, decis. 732, n. 1, part. 3, decis. 142, n. 3, in fine, part. 4, decis. 473, n. 1, & 2, part. 4, tom. 2, & decis. 114, num. 4, part. 7.

10 Nec resistunt clausulæ adjectæ in donatione facta per eundem Joan. Baptistam ibi donavit Annibali præsentis, &c. omnia jura, &c. ad habendum, &c. quia non propterea fuit immutata substantia donationis factæ filiis in antecedenti capitulo, sed dictæ clausulæ + famulantur contractui, cui adjiciuntur, & ab illo restrictionem recipiunt, Rota in recent. decis. 60, nu. 12, & 13, part. 5, coram Merlin. decis. 532, sub num. 8, & seqq. & in Cajetana bonorum 3, De-

cembris 1646, coram R. P. D. meo Cerro, & in Romana domus 20, Maii 1647, coram bon. memor. Peutingerio.

Hinc cessat asserta retentio prætensa per Alexandram occasione crediti dotalis contra bona Annibalis viri, nam cum bona prædicta non sint de hæreditate Annibalis, sed spectent ad Antonium frustra super illis retentio opponitur, + quæ non competit nisi in bonis debitoris, ut dixit Rota in Maceraten. Salviani seu interusuriorum 12, Maii 1608, coram bon. mem. Manzanedo penes Zacch. de obligat. Camer. decis. 130, n. 7.

12 Maxime cum eadem Alexandra per plures annos retinuerit bona hæreditaria Annibalis, ex quorum fructibus vel præsumitur satisfacta, vel saltem ejus creditum remanet adedè illiquidum + ita ut non mereatur retentionem. Rota in Reginen. seu Salernitana bonorum 25, Maii 1646, coram R. P. D. meo Meltio, & in Romana Casalis 23, Junii 1653, coram me.

13 Demum non subsistit quod Joannes Baptista donaverit tantummodo habitationem, non autem proprietatem Domus, nam dum de illa ad favorem alterius non disposuit, & addidit se donare habitationem, usum & fructum, & quod extantibus filiis Annibalis Hieronymus, & Antonius nihil in dicta Domo prætereundere possent, reservando sibi usumfructum + tantum ex his apparet etiam proprietatem fuisse in donatarium translata, l. Nam quod liquidè, §. fin. ff. de pen. legat. Paris. conf. 9, nu. 11, lib. 1, Rot. coram Burat. decis. 24, n. 10, & coram Merlin. decis. 586, num. 4.

Et de utraque, &c.

DECISIO CXV.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Censuræ seu Salviani.

Lunæ 29. Maii 1656.

SUMMARIUM.

- 1 Feudum à primo acquirente censui hypothecari potest. Pretio acquiri, vel meritis idem est, n. 4.
- 2 Merita Principis ex assertione probantur in specie narrata subsistunt, num. 3. Actionem non pariunt nisi de congruo, n. 5. A successoribus controversi non possunt, num. 6. Non equipollere valori feudis asserens probare tenetur, n. 10.
- 7 Lumen majus trahit ad se minus.
- 8 Feudi valor ex reatu colligitur.
- 9 Concessio pro pretii parte pro residuo remuneratoria censetur, excedens merita feudatarii in quarta parte, non ideo dicitur lucrosa, n. 11. & n. 12.
- 13 Assensum prætendi onus creditoribus non potest imponi in feudo suapte natura hypothecabilis.
- 14 Detractiones ex feudo primogenituræ debentur.
- 15 Assensus ad majorem cautelam adhibitus non præjudicat.

FRatribus de Gavottis Agentibus ex remedio utilis Salviani immisso in antecedenti instantia pro fructibus census scutor. 10000. in sorte

1 forte denegata super officio Præfecti Cursorum à Marchione Juniore de Tassis pro Serenissimo Catholico Rege in Urbe possessio; hodie decreta fuit coram me, ex ea ratione potissimum, quod dum Antonius senior prædictum officium + ex onerosa causa receperat ejus proinde reditus in præjudicium successorum legitime potuit censui hypothecare juxta doctrinam Bald. in l. 1, n. 32, Cod. per quas pers. nobis acquiritur. Gu-tier. Canonic. quæst. lib. 2, cap. 5, n. 47, Giurb. de Success. feud. c. 118, §. 1, gloss. 15, n. 24, vers. nisi debita Rota in Romana dotis 22, Junii 1645, in §. 1, cum seqq. coram Eminentissim. D. Card. Ouhobono, & in Cesenaten. Emphyteusis 23, Januarii in princ. & 16, Junii 1651, in §. Quibus tamen coram R. P. D. meo Albergato, Capic. Latr. decis. 6, n. 25.

2 Hanc verò acquisitionem officii onerosam extitisse suadent militaria quamplura servitia ab eodem Antonio erga Regiam Majestatem exercita, in quorum remunerationem tum primæva concessio Simoni quoque, dum viveret, attributa, tum altera in ipsius successores prorogata ex Regia assertione + convincitur emanasse, cui debet plene quicquid dicendum foret in privatis in proprio casu deferri ad text. in Clem. unic. de probat. Not. Peregr. conf. 4, n. 29, & 30, lib. 1, Nat. conf. 522, n. 31, Dec. conf. 25, n. 38, & 40, Ruin. conf. 21, n. 7, lib. 5, Riminald. jun. conf. 323, n. 4, & conf. 556, n. 108, Menoch. conf. 1003, n. 76, & 77, Surd. conf. 419, n. 65, cum aliis late deductis per Garz. de Hispanor. nobilit. gloss. 2, n. 20, Alex. conf. 216, n. 22, lib. 2, Rota, in Sarsinaten. feudi §. 2, Junii 1645, in §. Præterea in hoc feudo coram Reverendiss. D. meo Decano. Præsertim quia eadem potissimum merita pro colore concessionis nequeunt ex stylo Notarii apposita præsumi, dum specialis eorundem mentio præcessit in hæc verba: Nos considerantes multa grataque obsequia singulari fide solertia & vigilantia ab eodem nobis per complures annos præstita primum in bellicis expeditionibus in Africa ad Gilvas, & Tunetum oblati, quarum in utraque captus à Turca propriis sumptibus suis se redemit, deinde in Belgio Columnellum militum cohortium Italorum peditum agens. Denique in dicto officio gratam, & probatam nobis operam navans, &c. ex qua speciali + propterea mentione remuneratoria profus concessio evasit, ut notat Oidra. conf. 5, in fin. Alex. conf. 40, numer. 14, lib. 4, Jac. conf. 227, nu. 35, cum plur. seqq. & n. 64, in fin. vers. 3, notabilis lib. 2, Roland. conf. 13, n. 60, lib. 3, Honded. conf. 47, n. 50, lib. 1, Menoch. conf. 307, n. 12, Fontanell. de pact. nupt. claus. 4, gloss. 10, p. 2, n. 24, Rota decis. 50, n. 7, p. 6, recent. Onerosum titulum juxta veriorum DD. sententiam assumens, cum idem + propemodum sit si ve res ipsa pretio mediante, si ve ex meritis comparatur, juxta text. in l. Aquilius, & ibi gloss. in casus figurat. ff. de donat. l. sed, & si lege, §. Consuluit, ff. de petit. hæred. & in l. si vero, §. non remunerandi, ff. mand. Bald. in auth. ex testam. n. 14, Cod. de collat. Rol. conf. 13, n. 13, n. 60, lib. 3, Nat. conf. 475, n. 2, lib. 3, Galvan. conf. 8, n. 42, Menoch. conf. 309, n. 19, & de præsumpt. lib. 4, præsumpt. 167, n. 32, Clarus senten. lib. 4, §. Donatio, q. 3, n. 1, ubi testatur de communi Merlin. de legit. lib. 2, tit. 11, §. 5, n. 32, Rota in recent. d. decis. 50, n. 5, part. 6, & coram bon. mem. Merlino, decis. 699, a. 34, & 34, in fin. licet nulla pro meritis actio Antonio competeret contra Regem, cum tamen is ex congruentis + justitiæ debito; non autem ex condigno anti-

dotalem suam obligationem explere teneretur, ad text. in c. relatum il secundo in verbo, juxta servitium meritum, de testam. l. sed & si lege, §. Consuluit ubi post gloss. in verb. obligaverunt, notat Bart. ff. de petit. hæred. Menoch. conf. 331, num. 72, & conf. 1003, eod. n. cum seqq. de præsumpt. l. 4, præsumpt. 167, n. 33, Bardel. conf. 82, a. n. 31, usque ad n. 36, lib. 1, Decian. conf. 25, n. 36, lib. 1, Surd. conf. 419, n. 54, Sanchez de matr. lib. 6, disp. 6, n. 2, & respondit Rot. in hac ead. causa sub die 8. Junii 1654, in fin. princ. coram R. P. D. meo Bichio.

6 Neque merita poterunt consumpta præsumi ex primæva concessione gratiæ ad Simonis vitam officium prorogantis. Vel quia ex eisdem Antonii meritis + illud in successores æquè transmittitur, quæ meritorum assertio à Marchione ex concessionis jure se tuente nequit impugnari, ut advertit Aym. conf. 217, nu. 7, Decian. conf. 25, n. 40, lib. 1, Surd. conf. 323, n. 29, & 30, Cephal. conf. 397, n. 61, Socin. sen. conf. 13, n. 5, & conf. 82, n. 3, lib. 3, Rota coram Burat. decis. 243, n. 7, & coram Pen. decis. 364, n. 17, vel quia primæva gratia prorogationis nondum executata in alteram perpetuationis translata fuit, quæ majoris lucis + ad instar lumen minus ad se traxit, ut advertit Bero. conf. 156, n. 1, & 2, vol. 3, Francisc. à Ponte, de potest. Proreg. tit. 10, de divers. prov. vij. rubr. de potest. substituit. n. 6, & 7, Maltril. de magistrat. lib. 1, c. 28, n. 67, cum seqq. Lar. alleg. fise. 50, n. 8, Capic. Latr. decis. 26, n. 25.

7 Et licet senta 50, mil. Regi attributa videantur titulum onerosum excludere, ex quo valori officii nullatenus respondent, si ve annuus reditus scut. 14 mil. + si ve ejusdem proprietatis in scutis tercentum millibus circiter inspiciatur juxta doctr. Bald. in prælud. feud. n. 11, Socin. sen. conf. 4, n. 6, vers. Quinimo, Bald. lib. 3, cum aliis in decisionibus antecedentis instantiæ sub die 27. Junii 1653, & 8. Junii 1654, in §. Ut propterea coram R. P. D. meo Bichio, dum tamen pro finali causa concessionis ex tenore gratiæ spectantur hæc merita ibi. Et pro Conventio & finito pretio integro, & finali pagamento venditionis ejusdem solutionis, & remunerationis dictorum servitorum; pro reliqua summa valoris + in scutis ducentum circiter quinquaginta millibus, concessio remuneratoria extitisse censetur, ut advertit Corn. conf. 194, n. 2, vol. 3, Dec. conf. 20, n. 5, Tiraqu. in l. si unquam, in verb. donatione largitus, n. 79, & seqq. C. de revoc. donat. Sanchez de matrim. lib. 6, disp. 6, n. 6, ac consequenter onerosa ita ut fructus officii hujus respectu ratæ creditorum hypothecæ remanserint omninò obnoxii, ut advertit Nat. conf. 475, n. 5, & 11, Surdus decis. 290, nu. 2, Add. ad decis. Gregor. 529, n. 23, Rota coram Seraph. decis. 559, n. 19, & decis. 741, n. 3, part. 4, tom. 3, recent.

10 Hinc merita non obstante stipendio, quod ex adverso contenditur ab Antonio receptum ex Regia existimatione valori officii æquipollere noscuntur. Tum etiam ex præsumptione + Juris onus probandi contrarium in Marchionem deferentis, ut advertit Schrad. conf. 39, n. 128, & seq. lib. 2, Roland. conf. 13, n. 64, lib. 3, Rota coram Seraph. decis. 518, n. 4, Quinimo licet concessio eadem merita pro quarta parte excederet, lucrativam nihilominus causam non induceret, ut advertit Barbosa in l. quæ dotis, n. 60, ff. solut. matrim. Decian. conf. 25, n. 78, lib. 1, Facund. de just. & jur. lib. 4, cap. 3, n. 6, Sanchez de matrim. lib. 6, disp. 6, nu. 9, præsertim quoties magni Principis concessio, + ut in proposito casu

casu concurrat, quæ licet meritorum valorem excedat, ex munificencia Principis, cui sat est ut ipsa respondeat, nihilominus remunerandi legem assumit, & advertit Barbat. in c. sedes, n. 14. cum seqq. de rescrip. Tiraq. in l. si unquam, in verb. donat. largitus, n. 84. cum seqq. C. de revoc. don. Menoch. de arbitr. cas. 132, nu. 9, & conf. 1003, n. 63. Decian. conf. 25, n. 79, lib. 1. Cardin. Mant. de tacit. lib. 13, tit. 15, n. 35. Masc. de prob. concl. 186, n. 16, & 17. Valaf. decis. 72, n. 5, & 6.

Denique non poterit observantia assensus Regii adhiberi in obligatione officii hypothecam excludere. Præterquam enim * ea in præjudicium creditorum induci non potuit, quibus jus quæsitum fuerat super officio ex onerosa causa recepto, ut responsum fuit in hac eadem causa sub die 8. Junii 1654. in §. Omnemque prorsus eliminat in fin. coram R. P. D. meo Bichio, desumi eadem

14 observantia * non poterit ex præfinito consensu in erectione primogenituræ requisito pro excludendis detractionibus aliis super officio admittendis, ut advertit Molin. de primog. lib. 2, c. 1, sub n. 4, & 10. cum seqq. & n. 25, 26, & c. 17, n. 2, neque ex altero * ex impositione census scut. 50. mil. voluntariè, ad majorem dumtaxat cautelam adhibito, ut respondit Rot. coram Andr. decis. 92, n. 4, & 7.

Et ita utraque, &c.

DECISIO CXVI.

R. P. D. ALBERGATO.

Reatina Castrorum.

Lunæ 29. Junii 1656.

SUMMARIUM.

- 1 Alimenta, & sumptus litis pauperi debentur habenti bonum jus, Judicis arbitrio in quantitate taxantur, n. 6.
- 2 Boni juris præsumptio oritur ex sententia. Amplia, ut n. 3. & ex decisionibus, n. 4.
- 5 Paupertas per testes probatur. De tempore petitionis alimentorum inspiciuntur, n. 13.
- 7 Perjurus in iudicio non auditur.
- 8 Absolutio à juramento non est necessaria in eo, qui impugnat contractum ex non implemento.
- 9 Jura sibi reservata in aliquem casum eo eveniente in iudicium deducuntur.
- 10 Perjurium repellit à iudicio quoad actum juratum, secus quoad alios, ut evitetur interpretatio capienda est, n. 12.
- 11 Transactio ex solutione ratificatur.

TAncredi Marerio, cui in possessionem quinque ex duodecim partibus Castrorum, de quibus agitur, dandam esse immisionem sententiâ Rotali, pronunciatum fuit, & deinde Egidiana non intrare declaratum alimenta, & sumptus litis hodie Domini dixerunt, Thomæ pariter de Marerii esse subministranda, cum de præsumptione boni juris, & paupertate illius copulativa necessaria sufficienter constare visum fuerit, Decian. conf. 69, n. 2. lib. 2, Covar. pract. quest. c. 6, sub n. 7. Gratian. discept. 55, numer. 49, Surd. de alim. tit. 1, part. 110, n. 8, & quest. 120, n. 3, & seq. Adden. ad sanct. mem. Gregor. XV. decis. 189, n. 70. Rota coram Burat. decis. 261, n. 1. & in recent. decis. 617, n. 6, ubi annot. num. 28, part. 4, tom. 3, & in Anconitana alimentorum 4 Junii 1646. in princ. coram bon. me. Arguelles.

Boni juris præsumptio ex sententiâ Rotali prædicta ad ejus favorem * emanata resultat ad tradit. per Rotam, decis. 250, n. 2 part. 1, recent. ut in Romana bonorum, seu usufructus 19. Januarii 1652. §. Neque enim sufficeret coram R. P. D. meo Zarate; quod procedit, quamvis per appellationem + ab adversariis interpositam suspensa remanserunt, Rota, coram Cardinali Caval. decis. 554, n. 2. Burat. decis. 206, n. 7, cum concordantibus in Zanen. dotis 20. Novembris 1641. §. Præsumptio boni juris coram R. P. D. meo Cerro, concurrentibus præcipue decisionibus, * in 2. instantia coram me editis, quæ pariter boni juris præsumptionem inducunt, Rota dec. 34, n. 3, p. 7, cum aliis, in dict. Anconitana alimentorum, §. præsumptio etiam, & Roma Bonorum, ubi supra. Paupertas autem ipsius probatur per testes nuper examinatos, qui bene extrinsecam ipsius paupertatem concludunt, ipsamque nihil possidere, & dictum ex alimentis à Monialibus Turris Speculorum illi transmissis vivere, per testes * autem paupertatem probari receptissimum est, Rota dec. 498, nu. 4. part. 3, & d. decis. 617, n. 7, p. 4. rec. tom. 3, & coram Burat. d. decis. 261, n. 2. vers. de paupertate; & ad hunc effectum communis reputatio, de qua deponunt, ipsi sufficeret, Rot. coram Seraph. dec. 51, & dec. 58, utrobique n. 1. & in Toletana matrimonii 1. Februarii 1649, coram Eminentissimo Cardinali Corrado.

Quantitatem verò alimentorum, & sumptus litis taxarunt Domini in scutis viginti mensuris, quia habito respectu ad bona quæ Tancredi debita fuerunt declarata ad necessitatem alimentandi, & ad expensas in lite hac Rotali in summa non exigua necessarias, ad hanc usque quantitatem arbitrium extendere placuit, cum in hujusmodi materia quantitas * ut plurimum religioni, & Judicis arbitrio remittatur, & text. in l. 2, ff. ubi pupill. educ. deb. Menoch. de arb. jud. 269, n. 1, & seq. Molin. de primog. Hisp. lib. 2, c. 16, n. 47, vers. ipsi tamen inquit, Rot. coram Merl. dec. 7, n. 7. & in Romana alimentorum 1. Aprilis 1639, §. quantitatem autem coram bon. me. Pirovano, & in Romana matrimonii 1. Julii 1643, §. ult. vers. pro qua taxanda, coram R. P. D. meo Bichio.

Non obstat quod Tancredus transactionem à se celebratam pro cassa & resoluta habere velle juravit, & deinde illius vigore nulla præcedente absolute immisionem petierit, unde tanquam perjurus + à limine iudicii repellendus est, Rota coram Coccino dec. 268, n. 2, & dec. 5, n. 1. p. 2, recent. Quia ultra quod hæc receptio perjurii post sententiam apposta non relevat, & remissa censetur, cum ante diffinitivam apponenda sit, Lofred. conf. 12, n. 33. Seraph. de privil. juram. privil. 174, n. 12, in princ. Rota post 2. volum. conf. Farinac. decis. 224, n. 1, in fine, responsum fuit quod cum transactio à die celebrationis ipsius, deberet intra mensem cum dimidio à Marco Antonio, & Actilio ratificari, & tamen non fuerit subsequuta ratificatio nisi longè post, ut ex protestatione Tancredis data in summar. Thomæ, & fratrum, n. 70, impugnando à principio transactionem Tancredis, ex c. non adimplem, in tempore convento non dicitur in perjurium incidisse, neque absolutio à juramento * requirebatur ad tradita per Cravet. conf. 127, n. 16, Corn. conf. 11, n. 7, lib. 3.

Præterea animadversum fuit, quod Tancredus, neque suam portionem Castrorum, neque hodie alimenta petit vigore transactionis, quam pro cassa habere velle juravit, sed ex iuribus * in eadem

eadem reservatis in casu mortis patruorum sine filiis suas rationes prosequitur, quia postquam casus mortis in ea consideratus evenit utique Tancredis jura in eum casum sibi præservata in iudicium deducere licuit, Rota in hac Reatina Castrorum 27. Februarii 1651, in princ. coram Reverendiss. Dom. meo Decano, & motivo transactionis respondendo 31. Januarii hujus anni 1656, §. nec denique refragatur coram me: Et circumscripta petitione alimentorum vigore transactionis; & si in illa sine præjudicio Tancredis fuisset perjurus, illi tamen hæc exceptio opponi non posset, cum perjurium + à iudicio solum repellat quoad actiones illas, super quibus iuramentum fuit interpositum, non autem quoad alias, Roman. singul. 499, n. 2, Seraph. de privileg. juram. d. privileg. 774, n. 16, in fin. vers. secundo limita. Farinacius de falsit. simul. quest. 160, n. 194, Rota decis. 97, n. 10, part. 2, divers.

Nec relevat transactionem à Hieronymo Marco Antonio, & Attilio satis fuisse ratificatam + per solutionem scutorum bis mille à Tancrede acceptatam, ut declaravit Rota in hac causa sub die 3. Julii 1651, §. fin. coram Reverendiss. Dom. Decano; servata autem ratificatione transactionis ab illa non potuit Tancredus sine perjurio recedere: nam eadem adaptatur responsio quod serotina est hujusmodi exceptio.

Et ulterius probabiliter credere potuit Tancredus, quod tacita hæc ratificatio transactionis pro implemento promissionis non sufficeret cum pactum de expressa ratificatione extra limites certi temporis faciendi loqueretur; credulitas autem ista iustam præbet causam excusandi à perjurio Tancredem cum omnis interpretatio sumenda sit ad evitandum perjurium, + à quo quælibet causa, quantumvis levis excuset ad effectum, ne à limine iudicii quis repellatur. Bart. 27, in l. si quis major 41, n. 33, & seq. cum n. 47, C. de transact. Marefco. var. resol. lib. 2, c. 121, n. 84, & seq. ubi quoad effectum incurrendi perjurium dolus, & perfidia est necessaria, Surd. decis. 58, n. 4. Rota apud Pacif. de Salyan. decis. 167, n. 5, & decis. 367, n. 7, part. 4, recent.

Minus officit, quod Tancredus ultra scuta 400. habuerit etiam ex Castro nuncupato Collesegato, multa animalia, & bona ingentis valoris: Quia omisso, quod pro monachandis fororibus pars ipsorum impensa fuit, & in hac lite pars non modica verisimiliter consumpta esse potuit, dixerunt Domini sufficere, quod nunc in statu paupertatis extremæ reperiatur, cum tempus + petitionis alimentorum in eorum subministrazione, sit attendendum, ut notissimum est, & firmant auctoritates in principio allegatæ.

Et ita scuta 20. mensura Tancred. esse ab adversariis solvenda utraque parte informante resolutum fuit.

DECISIO CXVII.

R. P. D. BEVILACQUA.

Interramen. fideicommissi.

Lunæ 19. Junii 1656.

SUMMARIUM.

- 1 Dicitio, quandoque, comprehendit omnem

- casum, & omne tempus.
- 2 Verba, si sine filiis, comprehendunt omnem casum, & omne tempus.
- 3 Verbum, succedat, est commune.
- 4 Compendiosa substitutio continet vulgarem.
- 5 Vulgaris substitutio intrat prædefuncto instituto substituto.
- 6 Conditio, si sine filiis, debet adimpleri, etiam in vulgari. Attenditur, per quam differtur successio, numer. 8.
- 7 Caducato priori gradu substitutionis, sequens subintrat.
- 9 Jus accrescendi habet locum in conjunctis re, & verbis, & n. 10.
- 11 Fideicommissum ob prædecessum substituti fit caducum.
- 12 Clausula, constituti, non operatur contra tertium. Declara, ut n. 14.
- 13 Immissionem ad obtinendam possessionem fideicommissentis est probanda.
- 15 Hæres etiam cum inventario teneretur servare factum defuncti pro relievo Inventarii, & de ratione, n. 16. Etiam cum Inventario præsumitur sibi satisfecisse, num. 21.
- 17 Exceptio, l. Quintus Mutius, §. 2. & l. etiam de donat. inter vir. & uxor. non admittitur ad impediendam immisionem, & nu. 18, & 19.
- 20 Fraus in Tutrice ex quibus excludatur.
- 22 Exceptio solutionis omnem dirimit actionem.
- 23 Inventarii ommissio non tollit, quominus hæres pro suo credito possit retinere causam contra fideicommissarium universalem. Declara, ut numer. 24.
- 25 Tutrix tenetur confiscare libros tutelares.
- 26 Libri tutelares ad hæredes tutoris, non autem ad fideicommissarios pertinent.
- 27 Redditio rationum peti nequit, nisi libris exhibitis; Ex quibus facta præsumatur, num. 29.
- 28 Tutores contra, actio durat per triginta annos.
- 30 Fructus bonorum pupilli cum alimentis, & aliis expensis sunt computandi.
- 31 Mobilia emptoris lapsu præsumuntur consumpta.
- 32 Animalia ex lapsu temporis præsumuntur demortua.
- 33 Tutor non tenetur reddere rationem, nisi de perceptis.
- 34 Descriptio erronea in Inventario non præjudicat.
- 35 Immissionis in iudicio non admittuntur exceptiones turbide. Amplia, ut n. 36.

Resolutum fuit sub die 26. Januar. 1654, coram me, Fratibus de Paradisi esse dandam immisionem super certis bonis fideicommissis Fabiæ suppositis, nec obstat detractiones per Claram ream conventam oppositas, qua resolutione iterum in disputationem deducta Domini in ea persisterunt: Nam fideicommissum clarè patet ex eo, quod Anastasio hæredi universali à testatrice instituto quandocunque sine filiis decedenti fuerunt pro rata scut. 600, substituti Fratres de Paradisi; in remanenti verò bonorum quantitate Felicitæ dicti Anastasii foror, & in hoc casu obitus ejusdem Felicitæ pariter quandocunque absque filiis deberent iidem